

Band IV., Nr. 1122, Seite 186-187

Der erwählte Bischof Heinrich von Speyer verkauft den ihm gehörigen Ketscher Forst an das Kloster Maulbronn und vertauscht an dasselbe das Patronatrecht der Kirche in Ketsch gegen dasjenige der Kirche in Iptingen.

Speyer, zum hl. Germanus, 1249. Februar 1.

In nomine domini. Amen. Heinricus, dei gracia Spirensis electus, imperialis aule cancellarius, universis Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris, presentem paginam inspecturis salutem vite presentis pariter et future. Ad universitatis vestre noticiam volumus pervenire, quod nos de consilio pariter et consensu nostri capituli summe necessitatis articulo nos urgente forestum nostrum *Ketscherforst* cum omni utilitatis com[m]odo et iure atque pertinenciis universis, prout ad nos immediate hactenus pertinebat, venerabili abbati et conventui monasterii de Mulinbrunne, Cystericiensis ordinis, nostre diocesis, vendidimus pro centum sexaginta marcis puri argenti iure proprietatis imperpetuum libere possidendum, eandem pecuniam in utilitatem et usus necessarios nostre ecclesie convertentes. Preterea ius patronatus ecclesie de Ketsch, quod ad donacionem nostram spectare dinoscitur, cum pertinenciis suis abbati et conventui monasterii prelibati libere conferimus et absolute, ab eisdem abbate videlicet et conventu ius patronatus ecclesie de Vptingen¹ cum pertinenciis suis ad collacionem pertinens eorundem recipientes in predictae donacionis congruam recompensam et permutacionem huiusmodi cum eisdem de consensu nostri capituli et prepositi sancti Gwidonis archidyaconi utriusque loci tam deo placitam quam et iuri consentaneam inientes. Ut autem hec robur optineant perpetue firmitatis, sigillum nostrum et sigilla capituli maioris ecclesie Spirensis archidyaconi memorati et abbatis monasterii suprascripti, quo suum capitulum est contentum, presenti pagine sunt appensa. Testes tam predictae vendicionis quam huius canonice permutacionis sunt isti: Bertholdus prepositus, G. decanus maioris ecclesie Spirensis, G. sancti Germani prepositus, magister Adeluolcus, scolasticus et sancte trinitatis prepositus, V. de Stauphe², W. de Hornecke, E. portarius, D. cellerarius et alii quam plures de capitulo Spirensi; de monasterio vero Mulinbrunne sunt isti: Bertholdus abbas, sub quo hec facta sunt, C. prior, G. cellerarius, frater Petrus et preterea totus conventus et alii quam plures tam clerici quam layci.

 Acta sunt hec apud sanctum Germanum extra muros civitatis Spirensis, anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo quadragesimo nono, kalendis Februarii.

¹Iptingen.

²Stauf, Eisenberg, KIB; vgl. Frey: Beschreibung Bayrischer Rheinkreis Bd. 3, S. 217.



Dem Textabdruck liegt die Abschrift im *Liber Obligationum* des Stifts Speyer, Bd. 1, fol. 162 b, im GLA Karlsruhe zugrunde.

Überlieferung und Publikationen

Lagerort:

GLA Karlsruhe

Signatur/Titel des Originals:

67/449 fol. 162 v und 163 r

Editionen:

UB Bischöfe Speyer, Bd. 1, S. 239, Nr. 256.

Weitere Angaben

Sprache:

Lateinisch

Ausstellungsort:

Speyer, zum hl. Germanus

Aussteller:

Heinrich II.; Bischof von Speyer (1245-1272)

Ortsindex:

Iptingen Wohnplatz (7113)
 Iptingen, Wiernsheim, PF
 Ketsch
Wohnplatz (6376)
 Ketsch, HD
 Maulbronn Wohnplatz (7043)

Maulbronn, PF
 Schloss Horneck : Gundelsheim HN
 Schloss
Horneck Wohnplatz (1981)
 Speyer, SP
 Stauf, Eisenberg,
KIB